



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

Etiam pronunciasset, quod, quam impium & blasphemum euangelium fuerit, quotusquisque est, qui non intelligat? Neque lion abnegatur, quod inhumanus forte, amicos iratet, quae tur si negatur aliqui charitas ferat, fidei enim causa agitur, in qua ea, quae ad illum hominum opinioni, aut amiciciae cedere, non tam charitas, sed pertinet. ritus, quam in Deum impietas.

CAP. VII.

Nonne, militia homini est super terram,
& sicut dies mercenarii, dies eius?

Sicut seruus desyderat umbram, & mercenarius expectat premium operis sui.

Ita adprehendi uel expectavi, ad requiem mihi menses (sed) frustra, adeoque nobis, dolor mihi incumbit.

Dormiturus dicere soleo, quando surgam
& metior uesperum, propterea quod repletar abominationibus, usque ad crepusculum.

Induta est caro mea, uerme & puluere,
pellis mea diriguit, & detestabilis facta est.

Dies mei abierunt uelociores nauicula
telorum, & consumpti sunt, nulla mora.

NONNE MILITIA, &c. In priori capite
Hiob amicos suos, duriciae & immisericordiae arguit,

ANNOT. IN HIOB

suam interim innocentiam, testimonio Dei comprebatur, adserens: nunc hoc capite, grauiſſimam infinalis ignis molestiam, explanat, adeoq; uelut ob oculos ponit, animum, horrendo Dei iudicio, & eternam damnationem, adfectum: atq; hęc omnia ſpiritus, hecauſſa, ſcripturis mandauit, ut & noſtrā, non diu infirmitatem, hoc enim uocabulum minus eſt, quā ut adſequi naturae noſtrae fordes poſſit, ſed prorsus ad ſerviā agnoscere, & Deum timere diſcamus, ſumus enim per Deum P A T R E M, robore & confiden-
tia, Leones, cuius exemplum eſt Hiob ante iudicium: ſed Deo, P A T R E M occultante, & furorem ſuū obijciēte, nihil timidiuſ, aut deſperatiuſ homine inueniri poſteſt, cuius rei ſimiliter Hiob, iam in iudicio poſi-
tus ſpectaculuſ p̄ebeſt: Nonne, inquit, uita, militia ho-
ni grauitas. mīni eſt ſuper terra: hoc eſt, longe alia conditione, cū derelicto à Deo, qualis ego ſum, agitur, quā alia in
cōmuni hominū uita, fieri ſolet: nam perinde, ut mi-
lites quanq; diu, et pericula, & labores Martis & No-
nō ſorā & in militia ſuſtinuerint, tandem tamen, iam
ueterani facti, ex auſhorātur, ac miſionē impeſtant:
Et mercenarij aſtū quidē, totius diei ferūt, ſed optatū
præmiū, & laboris rēquiē tandem conſequuntur: ita
cōmuniſ hominū uita, quanq; periculis multis, & ua-
ribus discriminib; exposita ſit, adſequitur tamen re-
nihil grauius. quiem à laboribus, uel morte. At iudicatus à Domino

O in-
iectuſ,
rij, peri-
aut Sab-
grauat
ctionū
cōmu-
explicat
quidem
officias
O form-
parum a-
militat,
O helu-
ſimeat, &
narius, &
get, ſuda-
ſola ſpe ſ-
get, cuius
ſuſtinet.
ut maxim
O lyra-
dem un-
manum
ſallonib;
rūta, ut

¶ in medios inferni ignes, quales Hiob sustinet, cont*in*
iectus, multo grauiora, quā uel milites, uel mercena
rij, pericula patitur. Neq; interim uspiā, laborū finem
aut Sabbathū uidet: in iudicio enim Domini, nō tam
grauat afflictōis dolor, quā qd' iudicati, nullas adfli
ctionēs, uident. Porrō calamitates et discrimina,
cōmānis hominū uitæ, nō possent ferē magis propriæ
explicari, quā militiæ, mercenarij et serui nominibus. Vita hominēs
militia est, & quidam est militia, nisi periculorū, adeoq; mortis, tota plena mæ
officiā nihil in ea tutū, undiq; circūstrepunt iacula, lis adflictionē
& tormentorum tonitrua: & dum hostem uideris, bus.
parum abest, quin mortē ipsam uideas: breuiter, qui
militat, omnibus malis obiectus est, hanc solam spem,
& uelut biantem expectationem habens, ut hostem
vincat, & uictoria ac pace tandem fruatur. Et merce
narius, totos dies, totos annos, esurit, sittit, friget, al
get, sudat, fatigatur, & nihil non molestiarū perfert,
solus suffultus, ut præmiū tandem optatum contin
get, cuius dulcedine & desyderio, grauiſſima quæq;
sustinet. Præterea, seruus aut empticius, aut captiuus
si maxime, toto seruitutis tempore, ingenti labore.
¶ tyrannide pressus fit, contingit tamen ei, uel tan
dem umbra desyderata & laboris refocillatio, aut
manumisio: ita uita humana, undiq; periculis & ten
tationibus exposita est, ut miles: maximis molestijs ob
vita, ut mercenarius: intolerabili tyrannide pressus.

ANNOT. IN HIOB

ut seruus: interim tamen suam habet recreationem
et si afflictiones non prius, tamen uel morte fini-
tur. Huc adcedit, quod Graecus pro militia πειρα-
ειον, quod latine temptationis officinam significat,
enim uita hominis, grauiissimis temptationibus expo-
ta: a dextra tentamur diuitijs, honore, potentia,
nitate: a sinistra, infirmitate, exilio, peccatis, mor-
adeoq; ipso inferno. Quomodo igitur homo, tot ua-
lis undiq; petitus, non interim vulneraretur, non in-
rum est, quod pauciissimi in fide constent, et usq; a
finem perdurent: hoc magis mirum est, quod non om-
nes percant, tanta est temptationum magnitudo. Ab
hac re, non ita multum abludit, Hebreu hominis no-
men, quod hoc loco ponitur, nam Hebrei preterqui
quod hominē אָרֶן uocat, hoc est, e terra subruffa.
Homo a nomine factum, nonnunquam שְׁאֵלָה nominant: quod si in
clatura miser. terpreteris, sonat afflictum, infirmatum, ac despera-
tum, ut agnoscas hominem, non solum conditione, sed
Infernus ē de- et nomenclatura, calamitosum esse. Nam ut maxim
spatio auxilij. calamitosus fuerit, est tamen tempus, quo rude dona-
tur, ut ab ærumnis liber fiat. At longe diuersum ada-
dit, derelicto a Domino, et condemnationi adiudici-
to, huic enim omnia conclamata, et desperata uidet
ur, nullum uspiam in afflictione asylum, aut quietem
habet, quocunq; diuerterit, præsentem uidet carnifi-
cem, nam Dominum aduersarium habet, omnia im-

plente,
a facie
si desce
et eode
te, qua
hac mis
ueris in
querium
homini
ser, pro
seruexp
exitior
furor de
datis, li
qui hoc
no cōtin
Hierc. s
DORI
que legi
repetitu
le: time
ne dices
mibi dat
suum, A
fese, un
nisi tim
plen

plente, ut Psal. canit: Quo ibo à spiritu tuo, aut quo
à facie tua fugiam? Si ascenderò in cœlum, tu illic es
si descendero ad infernum, ades &c. Porro, hoste
& eodem implacabili, ob oculos continenter uersare
te, que posset esse spes, quod refugium: atq; adeo,
haec miseria, nulla maior excogitari potest. Hic demū
terris inferni ignis est, in quem Hiob coniectus, con-
queritur, longe aliter ibi euenire, atq; pro cōmuni
hominum more soleat, se enim totos etiaminum mer-
it, pro more militum ueteranorum, mercennarij, aut
sem expectasse, uel tandem, laboris & afflictionis
extormenta: sed quo lōgius expectet, eo grauius
furor domini incumbat, ut nec noctes quieti hominū
datas, liceat securas & a molestijs liberas agere: at
quib[us] hoc uerū damnatorū iudicij est, quod eis optata
nō cōtingat, & pudefiat in sua expectatiōe, Esa. 59.
Hier. 8. Expectauimus pacē, et nō erat, bonū &c.
DORMITVR VS &c. Descriptio desperationis,
que legitimū impietatis supplicij est, et sāpe in lege
repetiū, Deut. 28. Erit uita tua, quasi pendens ante
te: timebis nocte & die, & non credis uita tua: ma-
ne dices, quis mihi dabit uesperum? & uesperē, quis
mihi dabit mane? Dominus enim solus est per uerbū
suum, spes, fiducia, fortitudo & audacia: illo igitur Desperatio
sele, una cum Verbo suo subducente, quid remanet, supplicium
nisi timor, impotentia & desperatio? Nam & tunc impietatis

ANNOT. IN HIOB

terret sonitus folij uolantis, ut est Es. 57. Impij quib[us] mare feruēs, quod quiescere non potest, cuius fluctus redundant in conculcationem & lutum. Nō est pa[re] impij, dicit Dominus. Iam quanq[ue] desperatio impatiatis pœna sit, adficiūtur tamen ea, etiamnū p[ro]ij, m[od]icū quos Hiob non postremus est, Domino sic uolent, ut solus uerax sit, omnis autem homo mendax.

PROPTFREA QVOD REPLEAR

Hoc est, omnibus abominationis factus sum: nam qui corā Domino se abominationem esse sentit, is existimat se etiā omnibus creaturis abominationē esse, propterea quod uniuersae creature, ad habitū & faciem Domini sui iudicantis & abominantis, se comparent, ac totæ ex ipsis uultu pendeant. Quid autem miseriū est, quam oīm ludibrio, risu & abominationi expositum esse: time igitur Dominum.

Adfectus INDVTA E ST CARO M EA &c.
damnat. Ratio, quare abominationis omnibus factus sim, quoniam nō est in toto corpore, uel mīca salutis: caro uermibus, è putrefactione natis, scatet, ac præ sordium situ et squalore foetet, cutis arida ossibus uix etiamnū pēdet: adeoq[ue] omnia membra mea, ab ira Dei facta sunt pellucida. Quondam fortunatus oībus rebus abundā uiuebā: nūc in inferno positus, priores dies, uix umbram reputo, & uidetur uelociores textorio instrumento (quod naūiculam uocat) aufugisse. De scribita

scribitur aut̄ his uerbis, adfectus, iudicio aeterno dam
natus, cui p̄e doloris praesentis grauitate, oīs prius
actae uite, logitudo uix momētū adparet, ideo sequitur

Memento, quod uentus uita mea sit,
nec conuertetur oculus meus, ut uideat
bonum (uel uitam)

Nō intuebitur me oculus uidentis, oculi
tui in me, sed ego nō ferre possum.

Consumitur nubes, & abit, sic descen-
dens ad infernum, non ascendet.

Non reuertetur ultra ad domū suam,
neq; occupabit amplius locum suum,

M E M E N T O &c.

Verba impatiētiae & desperationis plenissima, qd
eslinquit, o Deus Phalaride crudelior, quod me tam
horrende adfligas, an nescis uitā meā ueluti uentū ^{Impatiētiae si-}
aut̄ uaporem esse: ut etiā laco. 4. dicitur, Quæ est ui- ^{gnum mor-}
ta uis tristis uapor est, qui ad exiguum tempus adparet,
O deinde euaneat: ut enim uentus non constat, sed
velociſime abit, & uapor uel leuiſima aura diſſi-
patur, ita hōis uita in iudicio Dei, nulla ratione con-
flare potest, sed mox in mortem aeternam euaneat.

Vnde & hoc loco Hiob ait, oculū suum, nunq; uitam Iudicium Do-
uisurum, nec porrò ac ullo uiuentū, se adspectū iri, mini tale:
quando in inferno nulla sit redemptio: nam qui iudi-
cio dei, ut Hiob in infernū coniectus est, nihil salutis

ANNO T. IN HIOS

nihil redemptionis, nec sentit nec uidet: quocunq;
uerterit, mors sempiterna ob oculos posita est.

OCVLI TVI IN ME &c. Idest, Tan
grauitate iudiciū tuum in me directū est, ut proſu
nullæ ad ferendū uires ſuppetant, nam condemnata
grauior poena, uultu Dei p̄ſente adcidere non p
teſt. 2. Thess. 1. Inobedientes poenam luent, inter
æternū à facie Domini et à gloria fortitudinis illius
uidere enim continentis ob oculos tyrannū, carnificem,
& hostem, ſubinde poenas ingeminantē, qualis
Deus condemnatis eſt, quem non poſſis effugere, &
quem extreme odias, ſuperat oēm corporalē dolore

CONSVMIT VR N V B E S &c.

Pulchra ſimilitudo, ut nubes trāſit, euaneſcit &
non reuertitur: ſic, qui in infernum dēſcendit, euaneſcit,
nūquam illinc reuertens: reuocare enim gradus
ab inferno, ſuperasq; euadere ad auras, hoc opus, hic
labor &c. Sed qui conuenit iſte locus cū alio, qui eſt
2. Samuel. 2. Dominus dēſducit ad infernos, & reducit
bene nā in inferno nulla eſt redemptio ſenu deſpera
tionis, p̄ prijs uiribus aut iuſticijs: ſed copioſa eſt re
demptio etiam in inferno, misericordia & reduc
tione Domini. Iam inferni nomine, ſimpliciſſime intell
Infernus quid genda eſt perditio, aut condemnatio: & ad infernum
& dēſcendere nihil aliud eſt, quam perire, aut pefſum
re ad infernū ire, quod nos uernacula lingua proprie explicamus,

zu grun

num, au
ait, Gen
infern
Descend
te perire
fernū, u
tem, ſine
moris ſe
quofuſiq
tat, dū C.
deru, hoc
et inferno
inde, ſire
materiſ e
ſperation
enim, null
Christiū
lris, mu
ſit, quod
poſſibile,
Hiob, et L
infernū
condemn
uiversa

zu grund geen. Est enim fundus uniuscuiusq; rei infi-
num, aut infernum. Sic simpliciter admodum Iacob
ait, Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens ad
infernum, id est, lugens moriar: similiter Num. 16.
Descenderunt uiui in infernum, hoc est, subitanea mor-
te pereunt. Sic Ezech. 32. Tyranni descendunt ad in-
fernū, id est, pereunt. Siue igitur perditionem, mor-
tem, sine infernum adpellaueris, idem dixeris. Porro
mortis seu inferni, ea conditio est, ut natura sua
quoscunq; comprehēderit, tantisper teneat nec dimit-
tat, dum Christus filius Dei, morte ad infernum descen-
deret, hoc est, perierit, per hunc enim deuicta morte
in inferno liberatur quotquot fide renouati sunt: pro Per fidem li-
mitate, si respexeris inferni naturā sine Christo, et æsti berantur pijs
miseris eum iuxta ingenium condemnatorum, et de ex inferno, us-
perationem impiorū, nulla in eo redemptio est, illis dicij domini.
enim, nulla uspiam euasiōis tua patet: quod si uero ad
Christum, qui est Dei misericordia et potentia retu-
teris, multa est in inferno redemptio, ut planè uerū
sit, quod Christus in Euāgelio ait, Apud homines im-
possibile, apud Deum omnia possibilia sunt: nam et
Hiob, et David et HisKia, ac plæriq; omnes sancti, ex
inferno redempti sunt: neq; hic sermo est de sentētia
condemnationis definita, et æterno igne, impijs in
uniuersali die iudicij reuelando, è quo nullus unquā

ANNOT. IN H I O B

liberabitur, claudetur enim tunc ianua sponsi, & datur his, q. à dextris erūt: uenite benedicti patris: his qui à sinistris, discedite maledicti in ignē æternā, qui paratus est diabolo et angelis eius: sed de semperia domini, qua per inferni ignes pbat electos tenet & qua suā gloriā, præ hominum uanitate declarat.

Quapropter, ego non prohibebo os meū, loquar in tribulatiōe spiritus mei, & meditabor amaritudinē animæ mea.

Nunquid marc ego, aut cetus, quod ponas mihi custodiam?

Quod si dixeram, consolabitur me leatus meus, & leuabit me in meditatione mea, cubile meum,

Tunc terrebas me somniis, & visionibus obstupefaciebas me,

Vt eligeret suspendium anima mea, mortem omnia ossa mea,

Abominor uitā (seu despero) non ultra uiuā, cessa a me, q. uanitas dies mei sunt.

QVAPROPTER EGO NON PROHIBEBO. Hoc est, quia video & experior, uitā amuentum esse, nec ex inferno ullum redditū sperare licet, ideo, si non alia cōsolationis uia datur, querelis aut murmure, me refocillabo, aut potius uimdicabo: aut, iuxta referre, siue curras festinus, siue lētus ad-

infernū. Proinde, quum mihi nulla uspiam redē=
ptio speranda sit, loquar pro animi mei libidine, con=
querar de iniuria, murmurabo aduersus iudicium Dei
quando uideam omnino mecum actum esse. Iam con=
sideratecum, lector ī Christo amicissime, quanta sit
misericordia, non habere aliam consolationē, quam que=
rulari & murmurare, extrema nimisrum hæc est de=
speratio, & deplorata calamitas.

VNQVID MARE EGO, &c.

Expostulatio indignabunda, aduersus Deum, &
el sententia: an times o Deus, ne turbam aliquam in=
obē terrarum excitem, quod me tam diligenter obser=
ves, & ueluti mare, undiq; uectibus, ne quo effugia
concludas? nam si ad lectum diuentero ut quiescam,
tantum abest, ut inueniam requiem, ut ferè nunquam
plus exterrear, horribilia enim somnia & uisiones
terribiles usq; adeo me conturbant, ut sēpe decernā
me uitam suspendio finiturum, quando nusquam uel
mea spei de uitæ salute affulgeat. Porro, mare hostijs
conclusum est, & uectibus cohercitum, ut habes in=
fracapite &c. ne impetu suo, totum orbem terrarum
inundet, similiter marinis cetibus et draconibus, sua
custodia posita est, ne insanis suis motibus & furibun=
do natatu, cōturbent & mare & terram. Sic dereli=
cio à Domino, uidetur se undiq; obseruari, quum nul=
la euadendū pateat, quocunq; se receperit, inuenie-

Iudicatus à
domino, uide
tur sibi undi=
que malis esse
conclusus.

ANNOT. IN HIOB

Dominum, qui adfligat, cui inuidat, quem odio habet, atq; hic rursum notabis ignem infernale esse, odisse Dominum carnificem, & tamen semper cum præ oculis habere.

QVOD SI DIXERAM CONSOLABIT.

Somnus, alioqui mortalium quies est, & à laboribus recreatio, unde & in Euangelio dicitur, suffici diei sua malicia, hoc est, interdiu labora, solitudine nocturnā pone, ut saltē noctū quiescas, sentiēti uero iudicium diuinū, nulla quies, nulla recreatio, nec in somno quidem aut lectulo relinquitur: oīa etiam quietissima turbida sunt, propterea quod uera quies, qui est Dominus noster, ablata est, sic Psal. 5. Laborau per singulas noctes in gemitu meo, laui leclum meum lachrymis meis, stratumq; meum rigavi.

VT ELIGERET ANIMA SVSPENDIV,

Quid impatientius aut desperatius excogitari potest, quam sibi ipsi optare mortem & suspenditumnam, quum impatientia nō ferat supplicium dei, nec desperatio fine eius uideat, nō mirū, si ad restim, suspicdia, aut mortes uiolētas cogat: miseri enim homines, & extreme infelices, existimāt se uel morte, iudicij grauitatē euasuros, quod tantū abest, ut potius mori quam sibi consciētū, eterni iudicij tanua sit, quo ergo in tanto horrore & desperatiōe configiendū: nō ad mortem, sed ad Dominū. At nō licet ad Dominū exor-

sum, sustine, lentio, do ue, fine, quia, C, tentia, dies me, topere, umbra, lam, qui, me, & N, enim, plam, ui, ac pre, la mun, ciū fac, mutoso, berte, it, omniu, hem, ta, gemat, misero, tu nos, sum, q

sum et inimicum penetrare, quid igitur faciendum?
sustinenda est manus Domini, donec retrahatur: In si-
lentio, inquit propheta, et expectatione erit fortitu-
do nostra, et alibi: adhuc uisus procul adparebit in
fine et non mentietur, si moram fecerit, expecta illū
qui ueniens ueniet, et nō tardabit.

CESSA A M E &c. Quod nos eadem sen-
tientia legimus: parce mihi Domine, nihil enim sunt
dies mei q.d. Mirandum profecto est, quod me tan-
topere obserues et adfliges, propterea quod uanitas
umbra somniū, aut si quid inanius est, dies mei sint.
lam, quū tam nullius frugi homo sim, quid nō ceſtas à
me!, et tollis manum tuam lōge omniū grauiſſimā?
Nenī turpe fuerit imperatori in terris, hoīem quē Carni uide-
plam uilem et in miseras extremas abiectum, timere tur indignum
ac præformidne omnes vias obſeruare, omnia castel quod Deus
lamunire, ne quo miser hō euadat, aut alicubi nego= contemptis,
cū faceret: præterea, ridiculū fuerit heroi, in cala magna faciae
nutoſo homine et hoste uicto, sua strategemata exhi-
bere: ita uidetur Hiobi, maiestatem diuinam minime
omnium decere, quod miserū et calamitosum homi-
nem, tanta obſeruatione custodiat, et in eo sua strate-
gemata exerceat, quum multo honorificentius eſſet
misero condoleſcere, nō insultare. His omnibus, ſpiri-
tu nos docet, quanta ſit iudicij diuini grauitas: et rur-
sum, quanta hominis inanitas, et oꝝſtviꝝ nam iudi-

ANNOT. IN HIOB

et illū horribilis est, quām ut ferri possit grato attingere
et homo uanior est, quām ut in eo cōstare possit. Nos
igitur miseri, quis liberabit nos de corpore mortis hu-
ius? Gratias agimus Deo, per Iesum Christum.

Quid est homo, quod magnificas ei
& ponas super eum cor tuum?

Visitas eum mane, subito autē probas
illū, quare non recedis a me, & nō dimitis me, donec diglutiam saliuam meā?

Peccavi, quid faciam tibi o custos ho-
minis? quare facis me aduersarium tuū,
ut & mihi ipsi sim onus?

Quare non aufers iniqūitatem meam
& tollis impietatem meam? sed nūc in
puluere dormiam, & si mane quæsie-
ris me, non adero.

DIVERSA LECTIO.

Pro eo quod Hebreus habet נֶצֶר הָאָרֶם Gra-
cus legit ὁ ἐπίσαμος τὸν νοῦν Τῶν ἀνθρώπων
· i · obseruās, scrutās, cognoscēs seu explorans mentem
hominum, ut alias, Deus scrutator cordium dicitur.

Q VID EST HOMO, &c. Post expositatio-
nem et murmura, sequitur admiratio, seu potius deploratio
misere uari = ratio misericordiae humanae, quā calamitosa, inquit, res est
antur. homo, tollitur in altū sed ut altius cadat: magnificatur
Domino

CAPITIS VII.

70

Domino, sed mox deicetur. Bene quidam dixit tyranorum magnates, calculis similes esse, qui pro libidine arithmeticci, nunc supremum locū occupantes, multam summam, paulo post, adposito digito, aut in infinitum locum subducti, minimam significant: sic tyranus, prout uult, nunc illum eleuat, nunc rursum deicet, nec quisquam maioris authoritatis est, q̄ qui principi animo allubescat. Hoc idem Hiob Domino obiectum, quod pro sua libidine, quempiam magnificet, cū sibi uolat, honoret, adeoq; omnibus beneficijs adficiat: mox uero, nō expectata uespera, rursus deicetur, super primat & conculet, ut homo planè sit ludus, & modo Dei: & quemadmodum in recitandis tragœdijs, ut libimus quispiam, interim regis personam agit: paulo post, deposita persona, adparet qualis sit: ita in hoc mundo, non alia uidetur uita nostra, quam tragœdiae ludus: qui enim nunc rex est, mox inter seruos obambulat, qui quondam diues, nunc pauper uiuit, ut Eccliesiastes 4. de carcere catenis q̄: interdum quis ingreditur ad regnum, & aliis natus in regno, inopia consumuntur. Porro, hac diuersa humanarum rerum sorte docet Dominus & fidem & timorem: nam si abiectū Fides et timor in altum sustulerit, crede quod misericordiam faciat discenda in Ihs, qui diligit eum: si eleuatum deiecerit, time, quoni mutatione am fortis zelotes est, &c. Aduersus autem hæc Dei rerum opera, desperatum cor, citius indignatur, quam quod

ANNOT. IN HIOB

ex eis pietatem dispat, iniquum putans, eleuatu tam
immaniter deijcere & conculcare.

QVARE NON RECEDIS &c.

A fremebunda miseriae humanæ deploratiōe, rui
sus deflectitur ad expostulationē: adumbrantur autem
pulchrae in Hiobe uarij, & subinde mutabiles,
cōdemnati hominis adfectus: nūc enim conqueritur
de iniuria, nunc exclamat, nunc expostulat, nunc in-
dignatur, nunc blasphemat, nunc murmurat: breui-
ter, nusquam sibi constat in omne malorum genus ru-
ens. Vnde & Hiob, quum ante a de miseria humana,
indignerter cōquestus esset, nūc rursus ad expostu-
lationem, cum Deo intermissam relabitur, dicens:
quare tam diu me adfligis, ut nec uel saluā, circa hor-
rorē deglutire liceat: agnosco te citius carnificem,
quām Deum, an me hominem, non nisi stultum, stoli-
dum, fatuum, fungum, bardum, blennū, aut potius
iniustum, impium, iniquū, blasphemum & Dei abne-
gatorem iudicas, quod non tam ridicule, quām horri-
biler me tractes & adfligas: quid feci: quid cōme-
rui: quid in te tantum potui cōmittere nefas, quod
non uel paululum ab adflictione interquescas.

PECC A VI. Blasphemia longe omnium impissa-
fima, aut enim: Si propter peccatum meū, tantopere
me adfligis & condemnas, tibi Deo potius imputato-
dum fuerit, quām mihi: nam quando sis hominum cu-

Blasphemia

ſtos, formator & conſeruator, cur meliorem me nō feciſti: cur à peccatis me non prohibuſti? quum hoc ipsum potueris: iuſtiora facerem, ſi iuſtiora me cō didiſſeſ, nūc quādo me creaueris, non ſolū ut ſim tibi moleſtus, ſed et mihi pſi onus in te, creatorē hæc fa ba eudetur, non in me creature. Potes & ſic legere.

PECC A VI, Quid feci tibi o custos hominū, hoc eſt, ſi peccaui, quid ad te? quādo meo peccato tibi nihil incōmodare poſſum, neq; enim ob iniquitatem meam, tu ē cōclo & maleſtate tua deturbaberis, neq; quicq; mali tibi ē delicto meo iſeretur: pindē adfligis me nulla neceſſitate, ſed mera libidine et tyrañide.

QVARE NON AVFERS INIQNIT.

Eadem cum priori blaſphemia. Si, inquit, omnio peccaui, cur non aufers à me peccatū, diceris miſeritores: cur non & talement mihi impartiſis? nam ſi miſericorditer me tractares, non ſic te blaſphemarem. Nam quum erga me carnificē agas, qui poſſem tibi aliter obuiare: hostilia intentas, hostilia regero: ſi me alium habere uolueris, alium formato. Vide, obſecro mi frater, quanta blaſphemia, ignis infernalis, in deſperato homine accensus fit: tu enim, ait Paulus, hō quis es, qui ex aduerso reſpondes Deo? num dicet figmentū ei qui ſe finxit, cur me finxiſti ad hunc modū? an non habet potestatē figulus lutii, ut ex eadē maſſa aliud qdē uas ſingat in honorē, aliud uero in ignomi-

ANNOT. IN HIOB

niā? Sed si huiusmodi blasphemiae præ doloris magnitudine in nobis oriantur, quid faciendū erit? Daudi exemplo orandum est, ut habet Psal. 6. Conuertere.

Oratione vim
rendum iudi-
cium domini.

Domine eripe animam meā, saluum me fac, propria misericordia tuam, quoniam nō est in morte qui memori sit tui, in inferno aut quis confitebitur tibi, hoc ergo rogo mi Domine, ne diutius me in morte, aut inferno perdurare finas, uides enim ipse in inferno non esse, nisi tui nominis blasphemias in morte tui oblitio nem: quid aut hæc tibi proderūt? eripe itaque me, ut tui meminero, et laudem tuam adnunciem.

SED NVNC IN PVLVERE DOR-

Hiob hūanæ
uanitatis ex-
exemplum
præbuit.

Conclusio desperatiōis plena, ecce, inquit, peregrinus nulla mihi uitæ relicta est, en occido, quod si me porro quæsieris, non repieres, perditio enim ob oculos uersatur, usque adeo, ut prorsus desperauerim. Sed heus tu, quisquis has blasphemias legeris, noli queso præ te sanctū Hiobem instar amicorū suorum contemnere, qui ob has blasphemias, eum etiā à principio, iuste afflictū iudicabant: sed disce potius hinc, Dominum Deum tuū timere, et hominis uanitatē agnoscere: qui, quantumuis sanctus et pius fuerit: iudicium tamen Domini graue, ferre non potest. Porro ultima Vnde uigilæ huius capituli προκεκριται hactenus in mortuorū uigilæ mortuorum. Ihs lecta est, quas ut initio maiores, non impie celebrarūt, ita posteriores, sub Papistico regno, impūssi me ueluti

me ueluti simia imitati sunt: nam ut testantur aliquibus
locis & Augustinus & Cyprianus, de mortuo fratre
aut martyre occiso, conuenerunt fratres in Domino
noctu, ad sepulchrū martyris uigilantes, & interim
mutuis consolatiōibus se ad pietatem & martyrium
patenter ferendū exhortantes, iuxta Pauli monita,
qui Thessalonicensibus scribit, ut se mutuo consolen
tur sermonibus, de morte et resurrectiōe Christi, qua
omnes pīj unā cum ipso resurrecti sunt in uitā æter
nam &c. Vnde coniūcere licet, patres hāc pericope
in memorij defunctorū recitasse, qua admonerēt præ
sentes auditores, quātus esset mortis horror, quantæ
desperatorū blasphemiae, ut postea eo cōmodius per
Evangelium, per Christum Dominum nostrum, adflī
tus conscientiae restauraretur. Papistae uero Patroni
falsa uidentes, & quasi per manus acceptantes intē
rim non curata eorum uel fide, uel pietate, solū opus
imitantur, quanq̄ hoc tolerabile esset, nisi impia opin
ione sordidarent: nam Vigiliarū opus, non faciunt
ad presentiū doctrinā & consolationem, sed ad mor
thorū auxilium, quasi uero, aut mortui murmure
tuarentur, aut Deus aliena opera respiceret, quum
unicuiq; iuxta sua, non aliena opera daturus sit. Pul
chre uero conuenit, ut hic locus, Vigilijs Papistarum
aplatus sit, hic enim nō nisi Hiobis blasphemiae reci
bantur, & ipsum Vigilarum opus, pro hypocritariū

ANNOT. IN HIOB.

ratione factum, in Christi sanguinē blasphemū est.
Proinde, adcomdate admodum blasphemia blasphemis conditur, hoc est, similes habent labra lactuca
quam enim incommodo hæc ad demortuorum auxilia quadrent, agnoscit quisquis ē uigiliis illis, sed
rius insomnijs, excitatus fuerit.

CAP. VIII.

REspōdens Bildad Suites, dixit, Vlq
quo garris talia, & spiritus elatus,
sermones oris tui?

Nunquid Deus iniquus esset iudicio,
nunqd omnipotēs iniqu⁹ esset iusticia?

Etiā si filii tui peccauerint cōtra ipsum,
qd dimiserit eos ī manu impietatis suæ.

Tu tamen si requisiueris Deū, & omni potenterem rogaueris.

Si purus & rectus fueris, mox euigilabit ad te, & restaurabit tabernaculum iusticie tuæ,

Et quod initio erat paruum, postremo multiplicabitur nimis.

Secundus amicus Hiob Bildad Suites, impatiens
Hiobis audiens, quasi iam certus de cōmunicum amicis capi-